



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Diversitate valoris in Mutuo parag. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

6. Certum autem est, ei, qui mutuat pecuniam auream, (præscindendo à pacto) justè communiter reddi argenteam, vel æream, si tantundem in valore reddatur, & ex ea minutioris pecuniae redditione nullum damnum sequatur Mutuant.

7. At quæri potest, an possit Mutuator prætendere sibi fieri supplementum merè ex ipsa redditione minutioris pecuniae?

Respondeo affirmativè, atque adeò posse exigere pecuniam ejus rationis, quam numeravit, vel aliquid proportionatum petere, quo ipsi damnum compensetur: immò etiam posse pactum facere ab initio Mutui, ut sibi ejus rationis reddatur pecunia, quam dedit. Ratio est, quia pecunia aurea utilior est, & preciosior, quam argentea & hæc, quam arca nec tenet Mutuator gratis privare se hujusmodi de commodis, quæ sunt extra ipsum mutuum.

a Sylv. V. Ita Sylvester, & aliique.

Solutio 8. Contra verò, qui mutuat pecuniam, puta æream, licetene potest exigere, vel pa-

qu. 2. Ang. V. So- cùm facere, ut detur argentea, vel aurea?

luto nu. 2. Respondeo, nequaquam; b quia impos- Bart. in l. aeret onus Debitori ultra debitum, seu ul-

Paul. nu 3 tra sortem, plus eam valet, ut dictum

ff. De solu- est, aurea, quam argentea, & hæc quam æ-

reia.

b Navarr. Sed certè, incidit hic celebris dubitatio- in matr. c. quid faciendum, quando res mutuata diver- 27.n.22.6. simodè valet tempore accepti, quam tempo- Iason ali- re soluti Mutui. Sanè de hac instituere parti- que in l. 2. cularem paragaphum distinctionis gratia o- ff. de rebus perum pretium erit, quod jam facio.

wendit.

s. II.

De diversitate valoris in Mutuo.

1. VT distinctius procedamus, loquamur prius de pecunia, tum de rebus aliis; habent enim suas quæque proprias difficultates.

Quondam Pecuniam.

2. Titius dedit mutuos Cajo centum v. gr. quos vocant Zicchinos aureos, quo um singuli, tunc valebant viginti Juliis. Nunc vero, tempore præfixi termini reddendi, valent eorum singuli, viginti quinque Juliis.

Inquiero Primo. Poteritne justè Titius nunc exigere à Cajo centum Zicchinos ex auro?

Quid Secundò. Si contra, hoc est, si tunc valebant Juliis viginti quinque, nunc verò solum viginti? Hæc autem Inquiero, quando nullum præcessit pactum, nam, an licet posse pactum aliquod præcedere, dicam mox à numero nono, seu potius adverto, idem, quoad hoc pactum, dicendum esse de pecunia, quod dicto numero nono diceret de rebus.

Respondeo ad primum, negativè, solum enim potest tot exigere, quot compleat valorem antiquum centum illorum aureorum.

Contra verò respondeo ad secundum affirmativè, poterit enim exigere, tot, quot tunc mutuos dedit, vel ejus æquivalentem valorem. Ita Molin. c

3. Ratio urrensque responsonis est, quia 27.8.111 valor ille crescit, vel decrescit Domino pe- cuniæ, qui sanè nunc est Mutuatarius: à mu- tuo enim transferri dominium rei mutuatae, Coram non verò in commodato, diximus satias ali- bi; ergo illi ejus utilitas, vel damnum cede- re debet. Præterea, Mutuatarius debet illud, 1.10.1.1. quod ipsi mutuatum fuit; at si mutuata fuit 1.10.1.1. pecunia sub ratione pecuniae, secundum va- lorem temporis, quo accepimus se fuit mu- tuum, non vero secundum valorem tempori- ris, quo mutuum reddit, ergo illum valorem debet non hunc, quia solum debet tantu- dem.

4. Confirmatur ex c. Cum olim de censi- bus, ubi dicitur Censum esse solvendum secundum Monetam priorem, & non posteriorem, quæ forcè curret minoris valoris; & ex c. Cum Cananici eodem, ubi decernitur, penso- nem esse solvendam, juxta estimationem pri- oris pecuniae, quando imposta est penio.

5. Scio à Navarro d' oppositum doceri, d' Neum. quia Mutuator (ait) erat servaturus suam pe- in Mat. cuniam usque ad tempus, quo valor erat au- 17.8.134 gendus. Sed nihil dicit contra nos: Nos enim O. in Con- in hac Conclusione non loquimur de alio menti de contractu, quem quis potest celebrare cum Camis. Mutuatario circa damnum emergens, vel lu- nu. 48. crum cessans, de hac enim inferius agemus: sicuri, neque de pacto aliquo justo, quo con- venires cum eodem, ut tibi semper detur va- lor præsens pecuniae, sive cresceret, sive decre- sceret.

scat in posterum, de quo mox dicam numero 10. & denique, neque de illo casu, quo forte commidas tuam auream pecuniam ad ornatum v.gr. quando certe eadem erit in individuo reddenda, quia tunc pecunia non fungitur munere pecuniae, sed rei, solum enim loquimur de metro Mutuo, ratione cuius ex alata doctrina diximus¹, non deberi tibi, nisi tantundem ejus, quod mutuasti, quod certe est pretium illud currens eo tempore, quo mutuam pecuniam dedisti.

Quoad Res.

6. Quamvis, quod de pecunia dictum est, intelligendum etiam sit de aliis rebus functionem habentibus; unde, si mutuasti Menfuram Tritici, contingat autem propter normam v.gr. Pragmaticam, Menfuram augeri vel decrescere, semper tibi debeatur ea mensura, qua tu mutuasti, ut paret ex dictis, quia jus habes semper ad tantundem: questio tamen remanet, quando non crevit quidem, vel decrevit mensura, sed quod sapere solet accidere, quando decrescit, vel augetur ipsum mutuatae rei pretium. Mutuavi tibi mense superiore quam v.gr. Frumenti modios, qui tunc valabant aureis sex, nunc vero valent, propter abundantiam, tribus aureis, vel propter penuriam, octo; possumus nunc licet exigere modios-quatuor, quocunque tandem pretio illi valeant?

7. Respondeo. Si nullum praecessit pa-

tum, debebit Mutuarius semper reddere quatuor modios, & consequenter eisdem tu

poteris exigere. Ita a Lessius. Ratio est, quia

ita usu, & consuetudine, & quasi virtuali pa-

cto inter mutuum celebrantes, receptum est;

ut nimirum, si nulla praecesserit contraria

conventio, res debeat reddi in pari bonitate,

& mensura, abstrahendo a pretio; ego enim,

quando tibi Muruum do modium frumenti,

modium frumenti semper te mihi reddendi

dum exspecto, quidquid sit de pretio. Non sic

curande si mutuo pecuniam, quia tunc secundum ejus

Petrum à pretium, ejusque valorem praesentem, qui

Savarr. est de essentia pecuniae, mutuo, non vero se-

cundum massam ipsam materialem.

Sotus b docet, in hoc casu, quando nullum

præcessit pactum, posse haberis rationem va-

loris, qui est tempore, quo celebratur mu-

tuum, & hunc exigi posse. Verum contrarius

est usus, & virtuale pactum, ut dictum est.

8. Objicies. Si haec essent vera, mutuans,

quando non fuit terminus præfixus ad restituendum mutuum, sive explicitè, sive tacite,

ut supra dictum est,² posset licet reperire Fru-

mentum, Vinum, Oleum, &c. eo tempore,

quo videt ea pluris valere, quod videtur du-

rum?

Respondeo. At non durum videtur eidem

Soto, & Molinæ, Nam sibi debet Mutua-

c Sot.lib.6

tarius imputare, quod prius non solverit, qu. 1. art. 2

quando forte minus valebat; Et sicuti, si Mu-

d Molin.d.

tuarius solvisset, quando minus valebat, 311. art. 2.

non poterat mutuans illud non acceptare, ita,

si mutuans nunc, aucto frumenti valore, exi-

git, non poterit Mutuarius denegare solu-

tionem, posito, quod vere nunc debeat, ut

supponimus, cum supponamus tempus ali-

quod, quod imbibitum, est in contractu mu-

tui, esse transactum.

9. Diximus, si nullum praecessit pactum,

nam si hoc praecessit, est diligenter expenden-

dum, an illud sit justum, & servandum. Qua-

tuor enim iniis modis id potest. Primo, at, si

ve crescat premium frumenti verbi gratia, sive

decrescat, totidem mensuræ reddantur. Se-

condo, ut, si frumenti valor decrescat, red-

datur tantum, quantum æquivalat valori fru-

menti, qui currit tempore, quo datur mu-

tuum. Tertio, ut, si frumenti valor crescat,

reddatur tantum, quantum æquivalat ejus-

modi valori aucto. Quartu, ut reddatur abso-

lutè tantum, quantum æquivalat valori fru-

menti, qui currit tempore, quo reddetur mu-

tuum.

10. Dico jam, primis duobus modis, ju-

stum est pactum, etiam si illud incas, quia

prævides minus, vel magis valitum fru-

mentum. Ratio est, quia Dominus habet

Jus, tum ad illas suas mensuras absolute, tum

ad easdem juxta premium praesens sui fru-

menti, ergo, vel secundum mensuras, vel se-

cundum premium poterit pacisci. Ita Sancta-

relli. e P. San-

tar. in

manuscr.

cessantis, esse pactum injustum. Ratio est, quia

de contrac.

Mutuic. 6

tu non mutuas, nec mutuae justè potes, se-

du. 4. quod

cundum valorem futurum non existentem

nunc; ad illum enim nullum Jus habes.

ap. me ha-

beo.

716 LIBER IX. DE CONTRACT. TRACT. I. DE MUT. ET USUR.

Denique in quarto modo idem dico, quando ideo ejusmodi pactum absolute fiat, quia prævidetur pretium fore augendum; nam se-
cundus esset, si par sit periculum, quod crecerat,
vel decrecerat; tunc enim non erit usura, sed
Iudicis fortis, & erit similis primo modo jam
allato.

11. Ex dictis colligi potest, an justè paci-
caris, ut te dante rem veterem, v.gr. frumen-
tum, vel vinum vetus, obliges Mutuatarium,
ut reddat novum, distinguendam enim est,
ac dicendum, si hæc obligatio afferat ali-
quod gravamen supra Mutuum acceptum,
injustum fore pactum; si non afferat, fore ju-
stum. Quoniam igitur pluris valet vinum v.
gr. vetus, quam novum, cum, contra, pluris
valeat frumentum novum, quam vetus; ideo de
Vino poteris (sed certè noles) dictum pactum
celebrare, non verò de frumento. Pari igitur
modo discurre de similibus.

12. Quod si libenter à Mutuatario redde-
zetur novum frumentum pro veteri Mutuo,
quia ipsi sit facilius, & nullum ipsi detri-
mentum afferens, libenter enim novum æsta-
te reddere juvat ex sua messe illud, quod ha-
buit hyeme à Mutuante, non erit illicitum, si
præcedat pactum de reddendo frumento no-
vo, quia tunc nullum gravamen, ut supponi-
mus, sit mutuatario. a Lege Molinam lo-
quentem de re simili, id est, de reddente libe-
re, & sine proprio detimento pecuniam an-
ream Mutuanti æream, nec omittas nostrum b
Decal. Tr.

^{a Molin. A.}
^{312. §. 12.}

^{b Lib. 8.}

^{Decal. Tr.}

^{3. c. 8. §. 1.}

^{22. 11.}

13. Denique nota, hanc negotiationem
circa veterem, & novam rem posse in alia
figura fine ullius usuræ periculo celebrari, si
nimirum vendas nunc vinum v.gr. justo pre-
cio currenti, & anticipato prelio item justo
eras vinum, quod novum erit tempore Vin-
demiae prelio tunc currenti, quod certè mi-
nus communiter erit, ut colliges ex dicendis
infra, præsertim cap. 4. §. 4.

5. III.

*An, & quando sit præceptum de dando
Mutuo?*

1. **A** Jo Primo, aliquo tandem modo adef-
fite præceptum de dando Mutuo. Ra-
tio præcipua est, quia est præceptum de faci-
enda eleemosyna extremè indigenti; ergo, &

præceptum de dando Mutuo. Antecedens est
certum, saltem ex ea ratione universalis, quod
proximus est amandus re, & veritate, id, quod
non servat, qui ei in tanta necessitate non
succurrit. Consequentia probatur, quia ideo
danda est proximo eleemosyna, quia obliga-
mūr ex caritate succurrere indigenti, in ex-
trema necessitate, ergo, si proximus nostro
Mutuo indigebit ad suam necessitatem suble-
vandam, illud dare obligamur.

2. Dices. Hac doctrina posita, vel tollitur
præceptum de dando Eleemosyna, vel tolli-
tur præceptum de dando Mutuo; ergo, &c.
Antecedens probatur, quia si radix harum
obligationum est sublevatio indigenis, nun-
quam dives voleret dare eleemosynam ad ejus-
modi sublevationem, sed Mutuum, ergo jam
tolletur de medio præceptum de dando ele-
mosyna. Contra, si aliquis non voleret dare Mu-
tuum, sed semper absolute, & gratis donare,
cum sic melius sublevetur indigens, jam tolleret
præceptum de dando Mutuo. Adde, enaci
posse inconveniens non tolerandum, nam
Divites avarus semper diceret extremè non in-
digenti: *Frater, dabo tibi Mutuum, quo patto
jam sublevabo tuam indigeniam extremam, cui
dicto Pauper acquiescere obligabitur, accep-
tando Mutuum pro tempore, quo perveniet
ad pinguiorem fortunam, & sic non poterit
absolutè accipere quidpiam occultè, etiam in
extrema necessitate, sed semper sub ratione
Mutui.*

3. Respondeo. Nonnulli totum hunc dis-
cursum approbant, dicunt enim, tibi solum
esse præceptum de sublevanda inopis necessi-
tate, quounque tandem modo subleves, sive
donando, sive mutuando; sed non satisfaci-
unt. Dico, ergo, non tolli præceptum de dando
eleemosyna, quia, quando pauper est indi-
gens extremè cum nulla spe proxima aliquid
habendi, tu non potes eligere Mutuum, sed
obligaris absolute donare; & pauper ille acci-
pere, etiam occultè, potest abolute, etiam te
nolente, quia in extrema necessitate omnia
sunt communia, ut alibi diximus. Nec tolli-
tur præceptum mutuandi, nam in casu, quo
pauper extremè indigens spem proximā haberet
aliquid possidendi (præter quam spem nō erit
propriè, & verò in extrema necessitate,) Tu
certè potes nō dare Mutuum, sed potes eligere
donare eleemosynam. Verum, si tunc id vclis,
commutabis in melius præceptū mutuādi, nō
verè